



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

VII. Des Probstes zu Wittstock Zeugniß, daß Heinrich Krämer seine Ansprüche an das Kloster wegen Kemnitz aufgegeben habe, v. J. 1320.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

henning de snakenborch, Johannes Miles de sandow et alii quam plurimi fide digni. Datum in wotowowe, Anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XIX<sup>o</sup> nono feria ante natiuitatem domine nostre.

Nach dem Original.

VI. Die von Plawe und Andere verlassen ihre Besizungen zu Kemniß dem Kloster,  
im J. 1320.

In nomine domini amen. Conseruari decet a posteris ratum quicquid fuisse videtur canonice ordinatum: hinc est, quod nos henninghus miles, zabellus et conradus, fratres dicti de plawe, et zabellus darwiz et heyneke Cremer, tenore presentium recognoscimus euidenter protestantes, omnia bona nostra et redditus, quos in uilla Kementitz et iudicio nostro habuimus iacentes atque sitos, Theodorico preposito sanctimonialium in Teghow totique conuentui ibidem cum omni iure et iusticia resignamus in perpetuum libere relinquendo, Ita quod a nobis aut nostris heredibus tam presentibus quam futuris pro talibus bonis et redditibus nullatenus repeticio uel impeticio, quod ansprach dicitur, regeneretur. — Testes huius sunt Dominus Otto prepositus in Wistoch, henninghus pariz, fritze pariz, Thydericus Wardenberghe, Ghylo de Konigesberg et alii plurimi fide digni. Datum et actum in uilla blantekow, Anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup>, In die dominico Inuocauit qua cantatur.

Nach dem Original.

VII. Des Probstes zu Wittstoch Zeugniß, daß Heinrich Krämer seine Ansprüche an das Kloster wegen Kemniß aufgegeben habe, v. J. 1320.

Vniuersis crisi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Otto dei gratia prepositus in wistoch sinceram in domino karitatem et noticiam subscriptorum. Ne ea etc. Hinc est quod cum henninghus miles dictus de plawe et zabellus dargharz, eiusdem awuneulus, uillam Kementitz cum omnibus pertinentiis monasterio sanctimonialium in Teghow ut notum est dimiserint, quitationem dicte uille, quoad impugnationem, quam hinric Cremer dictorum Johannis et zabelli uasallus, ratione, quorumdam bonorum ibidem monasterio monuit antedicto, coram nobis iudicio presidentibus per eundem hinricum Cremer fieri procurarunt, pro se ceterisque, quos hinrici ipsius nomine causa possit tangere supradicta; nam ibidem hinric Cremer omni impetitioni, quam habuisse in bonis huiusmodi contendebat, libere et absque omni contradictione renunciavit in multorum presentia coram nobis presentibus testibus infra scriptis, uidelicet domino Theodorico albo, plebano in linow, Johanne de plawe filio henninghi, Coppokino Creyge, Euchardo de lutterowe, Johanne de sualenberch, lamberto, arnoldo sconemarch et aliis quam plurimis fide dignis. Datum et actum in dote ciuitatis Wistoch coram honorabilibus uiris pre-narratis, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XX<sup>o</sup>, In uigilia beati Johannis baptiste.

Nach dem Original.